

Sigismundus primus rex Polonia,
capitaneis districtuum Prussia, ut in:
habitantes robora comportent ad re:
parandum aggerem Visla.

62

Magnifico vel generoso, sincere vel fideli
dilecto, gratiam regiam. Magnifice vel
generose sincere nobis vel fidelis dilecte.
Non est incognitum tua sinceritati insu:
las nostras non vulgari momenti, dar
minum ex ruptura aggeris totam vim
et molem aquarum et glaciem fluminis
Vistulae sustentis accepisse, et complures
earundem insularum villas, seu earum in:
colas, inundationes et alia incommoda ex
ipsis aquis Vistulae passim per eorum
agros et campos, sine quovis obice se se
diffundentibus, hactenus sustinere, et nisi a:
lenius ruptura praedicta elaudatur et firmi:
ter obstruatur, verendum esse ne aquae ipsi:
us Vistulae per eandem rupturam maiori
impetu, quam alibi defluentes, ipsum ag:
gerem magis subruant, insulasque ma:
ioribus iniuriis et incommodis ledant, imò
totaliter pessumdent. Proinde nos innitentes
antiquae consuetudini, ab omnibus subditis
nostris in his terris Prussiae, memoratum
fluvium Vistulae accolentibus, in hoc eventu
observata, mandamus tuae sinceritati districto
preui:

præcipientes, mandet auctoritate nostra, et
severè inuingat universis et singulis ho-
minibus, in oppidis et villis, in eius di-
strictu abilibet consistentibus, ut simul cum
oppidanis aliisque hominibus in districtu
consistentibus, quatuor vel quinque sexage-
nas roborum, ex quibus triginta, habere
debent longitudinem pedum sexaginta, alia
vero longitudinis ultra pedes quadraginta,
ad ripam dicti fluminis Vistulæ, reiecta
omni mora, quamprimum advehant et il-
lic deponant, quo commodius copia hui-
usmodi lignorum in ipsa ripa deprehen-
sa, minori negotio colligi, et ad locum ru-
pture sartiendum, facilius demitti possit.
Quod ut indilatè fiat, tua sinceritas ope-
ram et studium suum diligentissimè im-
pendat, et modis penisque opportunis, eos
ad quos ea vectura lignorum pertinet,
ad illam obeundam omnino compellat,
factura tua sinceritas pro debito officii sui,
et gratia nostra. Datum in civitate noi-
stra Gedemensi feria quarta intra octavam
Pentecostæ, anno Domini millesimo quin-
gentesimo vigesimo sexto.